

THEOREMA SECUNDVM.

17

aëris temperaturam, ut æstate bilis flava augetur: calida item & acria [& leuia] facile ad superiora feruntur. Dandum igitur medicamentum hoc tempore, quod bilem per superiora educat. In hyeme verò augetur pituita, quæ cùm grauis sit, ad inferiora repit: dandum igitur tunc medicamentum, quod per inferiora educat. Medicamenta igitur æstate vitanda sunt, quæ acria & valentia sunt, purgantq; dissoluendo: hyeme vero purgantia lubricando. Illa enim febres, ulcerationes, dysenterias, promptè excitant: hæc diarrhoras, & lienterias. Acria ve-
10 rò illa non in æstu solum, sed etiam frigore vitanda, quia vt in illo excoriationem & febres (vt diximus) promptè excitant, sic in hoc hypercatharsin, hoc est, purgationem immodicam & virium dissolutionem.

THEOREMA SE
CVNDVM.

*

*De medicamentorum purgantium
correctione.*

MEDICAMENTORVM purgantium tam bonorum, quam maleficorum differentias priùs demonstrauimus: nunc autem horum malignitatē auferre, vel saltem obtundere, & quibus poterimus modis corrigere, partim malitiam eoru, & excessum frangentibus, partim salubrem aliquam facultatem afferentibus,
30 Dei benedicti beneficentia adiuti, tentabimus. Corrigimus autem medicamentum purgans maleficum, aut misto ipsi altero facultatem habente contrariam ipsi excessui, aut arte aliqua, & industria melius ipsum reddendo. Verum facultatis contraria mistio tribus modis perficitur, ut inquit Democritus. Aut enim malitiam à proprietate innatam, ut qualitatem venenosam, & vitæ nostræ iniamicam, aliis proprietatē oppositam natura sortitis, emendamus: aut intemperiem eorum calidam, frigidam, humidam, siccum, contraria qualitate mista, permutamus: aut denique effectis ipsorum noxiis post dicen-
40 dis, contraria opponimus. Duo præterea omnino obseruantest: quædā ne-

b

cessaria est primum, ut medicamentis praeditis sit quædam proprietatum ad sui mutationem & transmutatione absoluta, ex his duobus contrariis virtus una yunionem. consurgat: ut exempli gratia, zingiber, turbith ipsi vim miram Arist. lib. I. imprimis: & raphanus, hermodactylis: raphanus autem cum de genera- turbith, frustra permiscetur: quia his duobus insita non est in tione, cap. 7. ter se concordia. Scammonium quoque cor proprietate sua & calore ipsum inflammante, ac multum dissoluente, laedit: licet verò ambra cor roboret, & crystallus inflammationem extinguat, & galla partes dissolutas cogat, tamē nullum eorum re- Etè scammonio miscetur: quia hæc, ac scammonium agendo inuicem & patiendo in vnius virtutis concordiam non conspi- riant, nec contendunt. Quæ verò medicamenta proprietatibus suis concordent, ac symbolum habeant, ab his disce, qui rerum variarum arcana scrutantur. Secundum tibi obseruandum est, ut proportione idonea misceas hæc, medicamento corrigo- nis opposita, inuicemq; agere & pati idonea: ut ex his iam con- tentibus, medicamentum resultet vnum, velut pacatum, pugnæ omnis expers, magnarumq; virium. De his autem proporcio- nibus, quantum operi proposito expedit, poste à dicemus.

Correctio Medicamento purganti proprietatem quandam laudabi- medicamen lem, quæ miscentur opposita conferunt: quorum propria vir- zorū per a- torū tus ab ipsorum forma proficiens, in his atque aliis varia, ali- lia oppositā quam medicamenti noxiam peculiariter respicit, ac corrigit: proprietati qualia sunt triplicia. Medicamenti enim purgantis virtutem virtutē ha- vel imbecillam augent, vel violentam minuant, vel mali- bientia, gnam permutant.

Canon primus.

*S*Iquidem medicamentorum actio imbecilla est intenden- da, misto proportione iusta eorum aliquo, quæ actionis vi- gorem ipsi tribuunt, ob agendi inuicem ac patiendi proprieta- tem cognatam: seu ob totam suam substantiam, non ob calidi- tatem vel frigiditytem. Quomodo corallium sanat stomachi imbecillitatem, pæonia epilepsiam, non quia illud frigidum, hæc calida: aut quia illud graue, hæc leuis: sed quia hanc virtu- tis dotem vtrunque est sortitum: sic serpens iuuenescere facit, magnes ferrum attrahit, & alia similiter. Porro medicamenti facultas purgatrix est imbecilla, quando debiliter, & minus quam opus est purgat, aut tardè purgat, tum scilicet primū, 49 cùm

ēum corpus cibo aut somno reficiendum est: imò interdum die postero:& interdum humores mouet, nō vacuat: interdum coctionem vitiat, cibam crudum, aut tantūm coqui cœptum, vñā secum detrahens, ac deturbans. Si igitur medicamēti purgatio fit debilis, imperfetta, parcior quā opus est (vt turbith reuerā pituitam tantūm tenuem vacuat: epithymum parum aut nihil vacuat, nisi eius larga vis sumatur: manna, hermodactylus, & alia multa debiliter vacuant) robur facultatis ei addendum est per ea, quae ipsi sunt familiaria, & sese mutuò ferunt, vt ex vtrisque conflata virtus vna, purgationem absolutam perficiat: vt turbith, zingibere adiutum, pituitam crassam, & succum crudum vacuat, alioqui per se non vacuatum. Epithymum cum sero laetis, vel hydromelite, vel sale Indo, vel sale gemnia, vel myrobalanis nigris potentius purgat. Manna cum thymo, aut ammi, aut cardamomo, laudatā & absolutam facit purgationem. Hermodactylus cum cumino, aut pipere, item hermodactyli puluis cum succo scillæ, vel raphani in trochiscos coactus, materiam crassam & lentam à iuncturis mirè educit. Si autem tardius & longo pōst tempore 20 purget medicamentū, (vt agaricus, aloë, hermodactylus, turbith, & similia) miscet purgationem tutō accelerantia, vt agario oxymeli, salem gemmam: aloë, aromata: hermodactylo, scillam, raphanum: turbith, zingiber.

Canon secundus.

Medicamēti malignitatem permūtānus, his mīstis, quae proprietate quadam id præstant. Malignitas autem medicamenti in eo parte plurima est, quod corpus & senescente cogit, & vsu crebro lādit partes ipsas principes virtutū nos 30 gubernantium, ceu fontes, & spiritus, caloremq; natuum, harum motores, infirmat. Quapropter medicamentis soluendo purgantibus miscere cogimur, quae cor & alias partes principes, quadam proprietate roborant: illaque purgantia salubria reddant, adeo vt mīstis vtrisque corpus sit sanum, & iuuenescere videatur. Qualia sunt cardiaca, stomachica, cerebrica, & quae alias quoque partes principes, & viscera roborare cognoscuntur. Cor nanque in omni vacuatione imprimis roborandum est: (quod ipsum cor, ceu viræ basim, symptomata purgationi succedentia primū infestent) secundo loco ventricu- 40 lus, vt qui medicamentum primus sit suscepturnus. Aliarum ve-

rò partium robori non admodum, nec primò studemus, nisi cùm ab ipsis vacuandum est. At medicamentū facultate cardiacum, quadruplex eligendum est: vel roborans tantum, vt poma dulcia, & aromatica, xylaloë, doronicum, & similia: vel alterans purgantis medicamenti temperiem, tam calidam, vt dum scammonio rosa, santala, & similia, miscetur: quām frigidam, vt dum tamar Indis miscetur macis, & similia: vel roborans, & simul purgationem adiuuans, vt succus rosarum, & violarum, & myrobalani emblicæ, & similia: vel purgantis violentiam, & immodicam vacuationem exoluens, ac remittens, vt succinum, spodium, & similia. Stomachicū verò etiam miscendum medicamentis dissoluendo purgatibus, vt stomachum, [& hepar] facultatis naturalis fontes, muniat & tueatur: cuiusmodi est, mastiche, spica nardi, & similia: vt etiam à medicamentis excitatam intemperiem corrigat, calidam, frigidam, humidam, siccām. Quām in rem victus quoque ratio idonea iuuat, à nobis contra hæc institui consueta.

Liber secre-
torū Gale-
no ascriptus
est: hæc enim
scendū item cerebricū aliquod medicamētū: quamobrē
pleriq; medici(ut ait Galenus)hieris miscuerunt nucem mo-
sciatam, cerebrum, & neruos roborantem: quod idem praefat
scendū, & aliis partibus familiare medicamentum, qualia
ranit.
Miscendum & *nucem igno-*
scendum, & aliis partibus familiare medicamentum, qualia
plurima inuenias in tabulis medicamentorum simplicium.

Canon tertius.

Meliorem medicamenti purgationem reddunt, quæ ipsius virtutem ad partem purgandam insita sibi proprietate deducunt. Natura enim medicamenti actionem dirigit, & hanc & illam ipsius virtutem distinguit & dirigit. Medicus autem naturæ ipsi, rebus inuicem, quām optimè fieri potest, mistis, suffragatur. Domini enim benedicti opere factum est, vt rerum sumptarum proprietates natura dirigat, aliter tamen atque aliter: ut exempli gratia, agaricus cum stoechade aut acaro, capitis affectibus prodesse certò cognoscitur, hepatis autem, intybus & cichorium agreste, spica nardi, thoracis, thymus, & hyssopus. Confidimus igitur naturam ad partes virtute medicamentorum varia egentes, hoc & illud transmissuram, cùm sint hæc instrumenta ipsis auxiliantia, quæ natura sapiens distinguit & dirigit: quomodo, exempli gratia, artifici norma, & perpendicular subseruiunt, illa ad angulum

THEOREMA SECUNDUM.

22

lum constituendum, hoc ad operis rectitudinem. Sic naturam
confidimus his vel illis partibus, hac virtute rei sumptae neces-
sariò egentibus, porrecturam, præstaturamque. Præstantiora
igitur medicamenta purgantia efficimus, miscendo quæ illo-
rum virtutes ad partem vacuandam deducunt. Illa vero sunt,
(vt diximus) quorum virtus huic vel illi parti est familiaris.
Hoc autem loco docere liber medicamentorum cum parti-
bus cognitionem, quæ aliorum medicamentorum virtutes
ad partes ipsas perducit. Ad caput enim medicamenti purgan-
tis facultatem deducunt, nux moschata, pæonia, stœchas, aco-
rus, xylaloë, sal Indus, sal genima, balsamum xylobalsamum,
carpobalsamum, anacardus, thus, ladanum, buthur scenden,
myrrha, chamædrys, chamæpitys, schoenu anthos, scilla, spi-
ca nardi, castorium, gentiana, thymus, hyssopus, opus Cy-
renaicus, strobyli, piper, maiorana, sagapenum. Ad thoracem
vero & pulmones, iris, thymus, hyssopus, crocus, glycyrrhiza,
eius succus, vuæ passæ, adiantum, scilla, ammi, cardamomum,
succus brassicæ, ius galli antiqui, nasturtium, amygdalæ, stro-
byli, auellanæ, pulmo vulpis, seseli, opopanax, myrrha, saga-
penum: raphanus, calamus aromaticus, asphodelus, volubilis
maior, laurus, calamintha sabina, violæ aristolochia [vtra-
que,] tragacantha, gummi, thus, mel, saccharum, morum, fœ-
num græcum, marrubium, lilyum, & similia.
Ad hepar item, spica, asarum, anisum, fœniculus, & eius suc-
cus, intybus, cichorium agreste, amygdalæ amaræ, folium,
daucus, eupatorium, absinthium, cancamum, cassutha, † gra- † Semen cu-
na quatuor, cinnamomum, asparagi, decoctum cicerum, cha- cumeris, cu-
mædrys, arnoglossa, volubilis, iris, laurus, schoenu anthos, curbitæ, me-
chamæmelum, fumaria, serum lactis, petroselinii & fœniculi lonis, citreο.
succus, polium, scilla, & similia. Ad splenem, daucus, cala- li.
mintha, spica nardi, tamarix, capparis, cyclaminus, cortex sali-
cis, sal gemma, sal Indus, iris, acorus, prasium, rubia tinctoria,
absinthium, eupatorium, anisum, fœniculus, asparagus, cas-
sutha, asplenon, scilla, asarum, volubilis, scordium, agnus, cha-
mæpitys, amygdalæ amaræ, aristolochia & similia. Ad iun-
cturas denique medicamenti purgantis vim deducunt, zingi-
ber, ruta agrestis, opus Cyrenaicus, opopanax, thapsia, carda-
momum, aqua porri, succus brassicæ, acorus, triplex piper, scor-
dium, chamædrys, chamæpitys, thymus, amomum, polium, &
similia. Quæ ad alias quoque partes deducunt, virtutem me-

dicamenti ex tabulis medicamentorum simplicium, collige,
nobis præstantiora & præcipua scripsisse sufficit.

*Medicamentorum purgantium correctio, per ipso-
rum temperaturæ contraria.*

Medicamenti purgantis temperiem immodicè calidam, vel frigidam, vel humidam, vel sicciam, [vel harū coniugatione aliqua noxiā] contrario aliquo valentiore, imbelliore, æquali, pro scopis, & indicationibus variis permutamus. Hac autem de re fusiūs scribere non statui, quæ pleniū apud Haly senem, & Alchindum legere potes.

*Medicamentorum purgantium correctio, per ipso-
rum effectis contraria.*

Medicamenta valenter purgantia, opus excitant violētum, & effecta sœpe malefica, & noxia symptomata, naturamque prosteruentia, qualia sunt conturbatio, animi deliquium, morsus stomachi, flatuum generatio, inflatio, punctione, incisio, ulceratio, venarum in orificiis apertio, attractio immodica, viscerum lubricitas, congelatio, siccatio, corrugatio, inuisatio seu adhesus, obstructio, arrestatio, & similia. Quibus per ipsis effectis contraria est occurrentum: qualia plerunque sunt odore aut sapore, aut tota substantia iucunda, ob id medicamentum melius & salubrius reddentia. Odor enim iucundus, medicamentum reddit melius, quod agitationem, & nauseam sedat, cor & cerebrum roborat, animum gaudio exhilarat: fœtens verò atque grauis, contraria molitur. Odoratum verò purganti medicamento opponatur, calidum aut frigidum, quantum ipsius medicamenti intemperies postulat [& ægri, morbi, aëris.] Medicamenti quoque actionem temperant sapores iucundi, & medicamenti effecto contrarij: acerbus, austerus, acidus, dulcis, vntuosus, salsus, amarus, acer: prudente medico coniectore, qua horum differentia sit opus, ad frangendos medicamenti purgantis excessus varios. Res enim acres, vt aromata, flatus a medicamento excitatos, tenuat & dissipant: ob id ipsi hæc miscentur, vt daucus, fœniculus, piper longum. Fœniculus, anisum, polypodium, & similia, scammonio mista, materiâ crastam, lentam incidendo, apparant scammonio expellendā, id quod ipsum forsan per se nō effe- 40 cer

THEOREMA SECUNDVM.

23

cerit. Scilla hieris magnis ratione eadem addita est ut materias euulsu contumaces vacuent. Piper quoque hieris, & thapsia, & acria alia catapotiis fœtidis, vim quandam trahēdi à partibus remotis impertiuntur. Eadem acria medicamenti purgationem imbecillam aut tardam celerant, & efficaciorem reddūt: ob id ipsi turbith miscetur zingiber: rhaphanus: hermodactylis: cnico: cardamomum: quod necessariò humorum congelationem tollit, & obstructiones aperit, medicamentoque penetrandi virtutem impertit, cum eam per se non haberet: quo
 10 fine scordium & diuretica acria magnis medicamentis mi- *Vide lib. 7.*
 scetur. Medicamenta item amara, medicamentum acrimo- *simpli. cen-*
niam purgatorium, non modò substantia sua quadantenus fran-
taurium
 gunt ac reprimunt, sed etiam purgationem adiuuant: ob id re- *maius.*
 Etè quidam scammonio aloën miscuerunt. Amara præterea *Amara cā-*
 stomachum firmant, & flatus dissipant, medicamentum [cor- *costoma-*
 pusque sumentis] à putredine imminentे & præsente vin- *cha Gal.*
 dicant. Salsa item medicamenta purgantem vim debilem ac vt abroto-
 tardam celerant & perficiunt: ob id falem gemmam, & alias *num,* ser-
 salis species, rectè agarico miscuerunt, & epithymo, & aliis phium, nisi
 20 purgantibus permultis. His enim vigorem, & facilem aëlio- *simul a-*
 nem, crassas & lentas materias incidendi, & tenuandi, & ter- *stringant,*
 gendi facultatem impertiuntur, siccitatē intendunt, ob id si- *vt aloë, ab-*
 tim excitant, eaq; putrere & putrefacere prohibent, & fieri *sinthium.*
 coeptam putredinem emendant, humores partibus mersos &
 imbutos exiccant, obstructiones liberant, flatus dissipant, quos
 dam tamen conturbant, aliis contrà turbationem sedant. Vn-
 Etuosa verò medicamentum lubricando purgatorium, magis
 lubricum faciunt, & quod adhærere est proclive, simul lubri-
 caut, & tardius purgans citò deturbat, acrimoniam mortuum-
 30 que pungentium frangunt, asperitatem leniunt. Quibusdam
 tamē nausebunda sunt, & stomachū infirmant. Dulcia medi-
 camentū purgans etiā priùs abominabile, efficiūt gratius, ma-
 gisq; tum lauans, tum tergens, tum expurgās: turbationem se-
 dant, acrimoniā & mortuum ferrantem frangunt, purgationē
 tardam celerant, & ne medicamentum adhæreat, lubricando
 prohibent, corpus roborant. Ob hæc sunt velut fundamentū
 & materia compositionum. Quibusdam tamē inflammatio-
 nem pariunt, aliis flatus. Insipida purgans medicamentum lu-
 bricant, eiusq; inflammationem extinguunt acrimoniā obtu-
 40 dunt, mortuum ferrantē auferunt. Acida medicamenti purgā-

*Mel, sacchā
rī, & dul-
cia alia cut-
compositis
miserentur.*

tis calorem, & ab eo cordis, ventriculi, & corporis reliqui inflammationem extinguunt, morsum, & acrimoniam obtundunt, nauseam & conturbationem sedant, vim penetrandi, & incidendi, & tenuandi augent. Styptica omne medicamentum purgans, præcipue quod acrimonia soluit, & immodicè trahit, & venas proprietate innata sic aperit, ut sanguis effluat, & viscera excoriat, vel ea immodicè lenit & lubricat, melius reddunt tribus de cautis; prima, quia medicamento sic purganti repugnant substantia sua, non modò crassa, sed frigida, qua illius acrimoniam & inflammationem frangunt. Ob

*Gal. in lib.
3. simpli.
cap. 14.*

id rectè maiores scammonium in malo cydonio coxerunt, & eidem ipsum etiam commiscerunt: Secunda, mistis quoque stypticis, facta ventriculi compressio, citius & facilius, purgatorium illud vehemens à corpore propellit: quo circa rectè etiam scammonio, myrobalanos miscuerunt. Sptyptica denique cor, ventriculum, reliquasque partes nutritorias, ne à vehementibus illis lədantur muniunt, roborant, nauseamque ac ventriculi subuersiōnēm sedat. Non solis autem purgantibus valenter, sed omnibus quoque aliis mista styptica, ipsorum actionem reddunt salubriorem. Dulcia verò omnibus comodè miscentur, præterquam falsis. Vnctuosa commodè miscentur acribus, amaris, mordentibus, pungentibus, vlerantibus, ægrè lubricantibus: dulcibus autem, & insipidis, incommodè: acidis autem mista, ventriculum ad vomitum promptius euertunt. Acida salubriter miscentur acribus, vrentibus, mordentibus, dulcibus, & aliis incendi aptis: inutiliter, amaris, falsis, stypticis, vlerantibus, ferrantibus. Insipida utiliter miscentur acribus, amaris, falsis, ferrantibus, mordentibus, vlerantibus, inflammantibus: stypticis inutiliter. Salsa inutiliter miscentur acribus, amaris, dulcibus, vntuosis: præterquam quibus actio imbecilla, aut tarda, vigore ob id indigēs. Omnia enim tardè ac imbecilliter purgantia, ab acri & falso vigorē accipiunt. Amara & acria quadantenus utiliter miscentur: salsa verò, vlerantibus, ferrantibus, siccantibus, inutiliter. Postremò glutinosa omnia, sua substantia, medicamentorum malignitatem frangunt, & exulcerare viscera, venarumq; ora aperire, interpositu suo prohibent. Quapropter tragacanthum, aut mastiche, aut bdellium, rectè miscentur alcē, colocynthidi, cucumeri agresti, & similibus. Hanc in rem quoque ladanum esse mirum prædicant nonnulli, præsertim si pau-

eo oleo rosato solutum, colocynthidi misceatur. Alia aliorum sunt remedia à nobis particulatim dicenda in singulis simplibus purgatoriis.

De proportione medicamentorum inuenientium miscendorum.

Prædicta autem medicamenta proportione quantitateq; idonea sunt permiscenda, vt ex his licet diuersa potentibus, vna tamen facultas consurgat. Qua igitur mensura vnum alteri miscendum sit, vt salubre fiat medicamentum, iudicatione ab ipsorum proprietate tantum sumpta, hic breuiter docere statui, non etiam à quantitate & qualitate. Id enim liber Haly senis & Alchindi abundè docet: quod autē breuiter persequi statuimus, est huiusmodi. Omne medicamentum purgans aut violentum est, vt scammonium, euphorbium granū gnidium, & alia multum acria: aut imbecillum, vt cassia fistula, manna, violæ, & alia similiter dulcia & salubria: aut mediocre, vt subacria subamara, & alia violentorum & imbecillorum media, quorum magna est latitudo, ac per magis & minus in bonitate & malignitate differentia. Adhæc omne alextierium (Bezahar Arabes vocant) quod medicamentum pur [†] Medicamentum emendat, aut valenter, aut imbecilliter, aut mediocriter ^{tū est noxiū} iuuat: id est, medicamenti purgantis noxam oppositu suo frā substantia git, vel intemperiem corrigit, vel virtutem [cordis] regit. Vā sua maleſi- lenter autem iuuant, quæ præterquam quod hæc tria præſtāt, ea qualita- etiam nos nutriunt, vt dulcia. Parum iuuant, quæ vno modo, tibus pri- vel duobus iuuant, tamen non nutriunt corpus, sed ipsum alte mis, vel a- rando permutant, vt amara, falsa, styptica, & similia. Medio- lijs cor lade- criter iuuant, quæ pluribus modis commodant, & quadante- tibus, ob id nus nutritre possunt, vt vnguiculosa, insipida, ex austero dulcia, vt trifariam dactyli, cydonia: aut dulcacia, vt mel: aut acidodulcia, vt ^{*me} corrigitur. sa: aut dulcia, & simul insipida, vt poma. Si est igitur medica- * Granata, mentum violentum, alteri plurimum iuuanti miscendum: am- vel fructus boq; proprietatibus inter se ad mistionem concordant, & cō- alijs acid- sentiunt. De utriusq; quantitate sic statues, vt quæd plurimum rū, & dul- iuuare confidis, largius misceas, ceu à quo commodum expe- ciū medij- etas: violentum autem parcias, vt à quo propter actionis ve- hementiam, noxa corpori aliqua impédet. Id quod Democri- tus his verbis volebat: Medicamentū ex violento imbecillum,

efficias oportet. Quia medicamentum alteri proprietatibus concordanti mistum, quantitate idonea est salubrius, non correctum autem, malignius. Quod si medicamentum violentum, alteri parum iuuanti miscendum est, utrumque est minuendum; illud quidem ob impudentem noxam: hoc, quia tam illius temperaturam alterat, vel actionem immutat.

Si autem medicamentum imbecillum alteri valde iuuanti miscendum est, illud utpote ob debilitatem innoxium, est augendum, ut ei quantitas vigorem & robur adiiciat (quod etiam voluit Democritus, medicamentum ex imbecillo valenter faciendum, imperans:) augendum quoque, quod magnopere iuuans est, ob dictam prius causam. Si denique medicamentum imbecillum alteri parum iuuanti miscendum est: illud augendum, hoc minuendum, propter dictas prius causas. Haec de miscendorum quantitate tibi cognoscenda sunt: quanquam sunt, qui alia quoque addant, scopis aliis intenti.

*Quibus modis ars medicamenta corrigit:
& coctionis differentiae.*

*Artifex me
dicus his mo
dis noxas
medicame
torū quaf-
dam corri-
git.* Medicamenti purgantis malitiam ars reprimit, & facultates nouas impertit, quatuor modis, coctione, lotione, infusione, tritura. Coctio, una est elixatio, altera assatio. Elixatio medicamenti humorē excrementosum coquit, resolut, fatus ab eodem crassos, mordaces ad nauseam ventriculum cuerentes, dissipat: eius denique acrimoniam, motus in corpore molestos, vim validè ferrantem, excoriantemque, frangit, & prohibet. Propterea scammonium in pomu vel cydonio coctum, vel in vase vitro cum succo rosarum, & oleo amygdalarum dulcium, est praestantius, ut mox in simplicibus dicimus. Attractio quoque medicamenti vehementior & malignior elixatione obtunditur, ut cum medicamentum maleficum intra cauitatē alterius benigni coquimus, ut illius virtus in hoc fratre maneat: qualiter, exempli gratiā, si radicem raphani, radicibus ellebori transfixā, sub cineribus coquimus, & eam damus edendam. Habet enim virtutē ellebori purgacrem, sed multū repressam. Sapam quoque, aut syrū possumus, quibus incoctum sit scammoniū, propinamus. Id quod philosophi appellant separationē rei, secundum speciem, à re quae est secundum materiam, [hoc est formā, & virtutis specificā, à materia transsumptionē.] Præterea medicamentorum multorum 40 ina

malignitas reprimitur ipsorum coctione in herbarū, vel semi-
num, vel aliorum, succis & aquis sua facultate illorum violen-
tiam permutantibus. Ceterū coctionē non sustinēt omnia
æqualem, sed quedā debilē, alia valentē. Quorum enim virtus *Coquenda*
facile resoluitur, quia vel imbecilla est, vel in superficie est po- *parum*.
sita, vel in subiecto raro consistit, omnia eiusmodi parum diu,
nec valenter coquēda sunt, quod virtus eorum à coctione im-
modica resoluitur. Talia sunt, semina quatuor [frigida maio-
ra,] adiantum album, epithymum, violæ, & flores [propè] re-
liqui. Contrario his modo affecta medicamēta diu coquenda *Coquenda*
sunt. Omnia enim crassæ essentiæ cocta, fiunt clementiora: *multum*.
omne item medicamentū, arte & legitimè coctū, parte pluri-
ma est benignius. Sic omnia acria decocta, fiunt meliora (ho-
rum enim violentiam, si qua inest, coctio frāgit) nisi si qua ho-
rum virtutē habent aut imbecillā, aut superficiariam. Quæ
deniq; inter hæc duo extrema sunt media, mediocrem quoq;
decoctionem sustinent. Purgantia autē humiditate multa, aut
lubricando, vel nihil vel minimum coctio iuuat. Præter hæc
coctio facultates medicamentorum diuersas omnium optimè
permiscet, vt ex his omnibus vna resultet, velut concreta, fa-
ciens actionem: quarū si qua erit imbecillior, minus valenter
coquenda est: vegetæ verò magis. Calorem enim coquentem
temperabis proportione & natura, tum substantiæ, tum facul-
taris coquēdorum medicamentorū. Flammeus enim ac vehe-
mens calor, medicamenti facultatem resoluit. *Affatio* autē, *Affationis*
in frixorio vel patella facta coctio, medicamenti virtutē nunc *faulitas*.
auget, vt affata scilla purgantior euadit: nūc minuit, vt p̄ylliū
per affationem humiditate lubrica spoliatum, minūs purgat.

Alia quoq; multa fiunt affando meliora. Est quando medi-
camenti facultatē vnam affatio reprimit, & alteram vegetio- *Mesues* in
rem reddit: vt myrobalani, rhubarbarum, affando virtutem *simplicibus*.
purgatoriam remittunt, astrictoriā intendūt: sunt enim ambo
dupli hac facultate prædicta. Sic balanus myrepstica, cùm sit *Lib. 6. sim-*
vomitoria simul & deiectoria, per affationem excoquitur hu- *pli. Mesues*
midas eius excrementosa & nitrosa, ad nauseam vetriculum in simplici-
cogens: remanet autem virtus deiectoria.

De lotione.

Lotio medicamenta multis modis meliora reddit, nūc
acrimoniam eorum superficiariam auferēdo (vt ex aqua
aut

aut muccagine tragacanthi lotum semen vrticæ, guttur, & partes alias, quas permeat, adurere definit: sal quoque naphthi cus [id est, Sodomites] aqua cucurbitæ aut simili lotus, fit clementior:)nunc facultate eorum maligniorem auferendo, salubriorem verò relinquendo, (vt lapis Cyanus & Armenus moleste vomitoria, & deiectoria, per lotionem multam vomitoria esse desinunt, tantum clementer fiunt deiectoria & cancamum lotum clementius purgat, tamen obstrukiones ut illotum liberat: & aloë lota potètius roborat partes nutritorias minus aluum subducit: non lota contrà:)nunc facultatem eorum valentiores efficiendo, (vt aloë ex aqua aromatum lota, potentiùs roborat: ex decocto autem valenter purgantū, vt agarici, turbith, & similiū, si lauetur, purgantior euadit: lota denique ex aqua bdellij, aut tragacanthi, ora venarum sic aperire, vt sanguis inde effluat, definit:)nunc partes impuras auferendo. Quibus autem medicamentis virtus in superficie est (vt intybo, cichorio agresti, rosis, & similibus) illa lotione dissipatur: [ob id lauanda non sunt,] cætera magis & minus lauentur, quatenus scilicet eorum virtus ferre potest.

Mesues in
Simpl. cap.
de aloë.

De infusione.

20

INfusio quoque medicamenta efficit meliora, facultatem eorum nunc maleficam auferendo, (sic granum gnidium & esula aceto macerata, acrimoniam superficiariam ferrantem amittunt: & turbith lacti recens mulso infusum & siccatum ventrem turbare definit:) nunc bonam augendo (sic turbith, succo cucumeris agrestis maceratum, materiam crassam à partibus remotis valentius educit: & hermodactylus aceto scillato aut scillæ succo, aut rhabaphani infusus, à iuncturis potenter trahit & agaricus oxymelite maceratus, fit 30 purgantior:) nunc in liquorem cui infunduntur transferendo, (vt liquor cui infusa sit aloë, aloës virtutem adipiscitur, & in aliis similiter; quod multis de causis facimus: interdum ut medicamenti virtus ad partes remotas promptius penetreret, ut cū decoctum aromatum cui infusa sit aloë propinatur: interdum ut virtus illa mitior fiat, ut dum scammonium panno ligatum incoquitur syrupo vel sapæ, vel alij succo: interdum ut facultas una separetur ab altera, ut rhabarbari, & myrobalani infusa, virtutem deiectoriam liquori transmittunt, astricteriam retinent) nunc nouam, ut lubricam impariendo, sic medulla 40 col

colocynthidos mucagine tragacanthi imbuta, ventriculi vil-
lis adhaerere desinit, citò permeat, nec sedi, nec vesicæ nocet: sic
scammonium oleo violato infusum, & similia. Nec tamē me-
dicamentorum omnium virtus sola in eum liquorem cui in-
funduntur, transit: sed quorundam, vt cassiae fistulæ, tamar In-
dorum, & similium aliqua quoq; substantia.

De tritura.

Tritura medicamentis admodum cōfert, multa quidem
10 crassis, vt scammonio crasso: pauca verò tenuibus, &
texturæ debilis, & virtute citò exhalabili præditis, vt scammo-
nio Antiocheno: mediocris denique amborum mediis, quan-
toq; medicamēti essentia crassior, tanto largiore tritura eget:
quanto tenuior, tanto parciore. Confert autem medicamentis
tritura, vt in vnum melius misceātur (quæ res theriacæ & aliis
compositionibus est multū vtilis & necessaria) vt aliquam fa-
cilitatem nouam adipiscantur (sic Galenus cuminum laevisi
mè terendo effecit vreticum, quod priùs erat deiectorium. Nā
purgatoria acria interdum tenuissimè puluerata promptius
20 per ora vasorum penetrant in partes vrinarias, & alias remo-
tiores, per easque vacuant) vt denique vis quædam malefica
obtundatur. Colocynthidis enim medulla quantum tenuissi-
mè fieri potest puluerata, innocenter purgat. Quòd si portio-
nes quædam crassiores sensuq; perceptæ sumantur, villis, ven-
triculi & spiris intestinorum adhaerent, humoreq; inibi reper-
to imbutæ tument, & partes dictas tumefaciunt ac ulcerant,
vt inquit filius Serapionis. Fiat autem tritura omnis clemēter
& pro terendorum substantiæ ratione: Quæ enim est immo-
dica, virtutem dissoluit. Rhabarbarum verò contrà quām
30 dictum nuper scammonium habet, nam purius &
grauius est melius, probeque tritum, vegetius
euadit: rarum verò & laxum impen-
sius pulueratum, vim purga-
tricem propè omnem
amittit.

In diopoli-
tico lib. 4. sa-
nit. twenda.